



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius


Bruxellis, 1690

Cap. IV. Quibus Commentariis, & Informationibus juvandus sit Præpositus
Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT IV.

Quibus Commentariis, & Informationibus juvandus sit Præpositus Generalis.

- I.  Pud se habeat Compendium omnium Literarum Apostolicarum, & Concessionum ad Institutum pertinentium, Catalogos itidem quatuor, duos spectantes ad Personas, earumque ætatem, Gradus, munera, & indolem; tertium continentem cujusque Collegii, & Domus statum. Hi autem Catalogi tertio quoque anno conficiendi, mittendique à Provincialibus ad Generalem, juxta Instructionem accuratissimam, quam videre est Form. Scrib. §. 32. &c. & in Ord. Gen. Cap. 19. unaque quartus de aptis ad Gubernandum, qualemque delineatum habemus Ord. Gen. C. 17. His quatuor Catalogis alium Provincialis addet, intermediis annis, continentem nomina, & Ministeria, in quibus unusquisque Nostrorum eo anno occupatur, & supplementum triennialium Catalogorum, a Demum cum ad Præpositum Generalem pertineat Societatis Ministeria,
- &

Compendium Privilegiorum, & Catalogos apud se habeat.

a P. 8. c. 1. N.
& P. 9. c. 6. §.
3. & C. 2. D.
48. & 54. & F.
Scrib. §. 32.
33. 34. 35. &
Or. c. 17.

b Ex. c. 4. §.
36. & P. 9. c.
3. §. 19.

*Literarum cum
inferioribus
communicatio.*

c P. 8. c. 1. §.
4. & 9. & P. 9.
c. 6. §. 2. &
Form. Scrib. §
1. & 9. & In.
9 §. 1. & 3.

*Ordo in ea ser-
vandus.*

d P. 8. c. 1. §.
9. & L. M. N.

& Gradus, pro cuiusque facultate, distri-
buere, cognoscat: quoad ejus fieri poterit,
conscientias subditorum, & Provincialium
præcipuè, aliorumque, quibus munera ma-
joris momenti committit. b

2. At præter informationem illam,
quàm Generali suppeditant prædicti Ca-
talogi circa habitualem ferè statum Perso-
narum, & munerum Societatis, necessa-
ria etiam eidem est cognitio rerum, quæ
in singulos prope dies incidunt, & subinde
etiam remedium ab ejus suprema auctori-
tate deprecant. Laudatur igitur literarum
frequens commercium inter inferiores, &
Generalem. Et is quidem frequentius scri-
bet ad Provinciales, quamvis aliquando
etiam oporteat agere cum Superioribus lo-
calibus, & particularibus personis; eas-
demque consilio, & si opus est, correctio-
ne juvare. c

3. Cum autem præter casus extraordina-
rios, quibus quilibet, & quoties libuerit,
ad Generalem scribere potest, oporteat
in reliquis methodum aliquam servari
temporum, & Personarum: hæc tradita
est 1. in Constitutionibus paulò largior.
d 2 In Decretis Congregationum, & Ge-
neralium Ordinationibus aliquanto pres-
sior, utpote accomodata excrefcenti in
dies,

dies, unà cum Societate, negotiorum
moli. e

Ex prædictis igitur Regulis, & Ordina-
tionibus perstringenda sunt præcipua
capita, ad quæ illæ revocantur; & 1. A
quibusnam, & quoties scribendum. 2.
Scribendi materia. 3. Modus.

4. Quoad primum attinet, Provinciales
in Europa scribent ad Generalem semel
quolibet mense; extra Europam verò,
quando se obtulerit navigationis commo-
ditas, Superiores locales, & Magistri No-
vitiourum in Europa, tertio quoque mense;
ex Brasilia, & nova Hispania bis in anno;
ex India semel. f Consultores Provincia-
lium, mense Januario, & Julio; Superio-
rum verò localium mense Januario. g Re-
ctor Universitatis, Cancellarius, & Con-
siliarii Universitatis mense Januario. h

5. Quoad secundum spectat, Materia
erit cujusque muneri apta. Et Provinciales
quidem curent, ut Provinciarum; ac Per-
sonarum status Generali perspectus sit. Su-
periores verò locales & Magistri Novitio-
rum scribant, quæ alicujus momenti fue-
rint; etiamsi approbante Provinciali fiant;
multoque magis ea, in quibus ille, aut ne-
quit, aut recusat providere; omissis aliis,
quæ per Provinciale transigi tutò pos-
sunt.

e C. 2. D. 16.
& 54. & Form.
Scrib. in Cod.
Reg. p. 159.
& In. 9.

*Quinam, &
quoties scribere
debeant ad Ge-
neralem.*

f C. 2. D. 54.
& Form. §. 7.
8. 9.

g R. Form. §.
20 & R. Conf.
10.
h Form. §. 22.
& P. 4. c. 17.
§. 7.

*Scribendi ma-
teria.*

2 Form. §. 10.
12. & 21. 22. &
In. 9. §. 5. 6.

sunt. De Consultorum epistolis distinctius in eorum Reg. p. 154. & Cap. 10. Ord. ubi traduntur Capita de quibus Consultores scribent ad Generalem: & infra P. 7. C. 1. Sect. 4. §. 5. & Cap. 4. Sect. 2. §. 6. de his agetur.

Et forma.

l Form. §. 10.
& 21. & In.
9. §. 6. 7. &
11. 12. 13.

m Form. §. 13.
14. & 17. 18.
& 23. & 25.
& In. 9. §. 8.
9. & Or. c. 4.
§. 6. 7.

Levamenta Generalis in epistolarum expeditione.

n P. 9. c. 6. §.
7. & D.

6. Circa modum verò scribendi; quia longum nimis esset ire per singula; indicasse locos sufficiat, unde ille peti possit; suntque laudatæ sæpius Regulæ, & Instructiones; quarum præcipua hæc ferè sunt Capita. 1. Discretæ sint literæ; ita ut supervacanea earum vitetur prolixitas, & frequentia, necnon characterum improbitas, ambiguitas subscriptionis, &c. 2. Secretum omnes, tum præsertim aliquæ soli inscriptæ: m & quæ indigent opera Procuratoris Generalis, adjecta exteriùs litera P. notentur.

7. Quoniam verò Preposito Generali tot literarum, & negotiorum onus esset intolerabile; quod ne magna quidem cum distractione animi, & sanitatis, ac longioris vitæ dispendio posset sustinere; ut benè, expeditè & suaviter suum Officium faciat, multis ad id auxiliis sublevandus est. Et primò ad minuendum laborem non necessarium, Generalis (si res moram patiat) ad Provinciales scribet secundo quoque men-


menſe, ad Superiores verò locales ſexto. ^o C. 2. D. 34.
 Literas Secretarii manu ſcriptas Generalis & Form. §. 12.
 ſubſcribet, aut Secretarius ipſe, de ejus & In. 9. §. 7. &
 commiſſione. p 3. Aderunt illi præterea R. Secr. 8.
 multi adjuutores ad expedienda negotia, & p P. 9. c. 6. E.
 literas, de quibus ſtatim.

CAPUT V.

De Secretario Societatis, ejuſque Sociis.

SECTIO I.

De Officio Secretarii.

I.  On ſolùm Præpoſitus Generalis eget Miniſtris particularibus, quales ſunt Provincia- rum Præpoſiti, hiſque ſubor- dinati Superiores; de quibus Par. 7. infra agetur; ſed opus habet etiam univerſali- bus, & hiſ quidem, aut ad excitandam rerum agendarum memoriam, aut ad con- ſilium in iis ſuppeditandum, aut ad eandem diligentia, ac labore executioni mandan- das. Primæ partes Secretario demandan- tur; ſecundæ Conſiliariis, ſeu Aſſiſtenti- bus; tertiæ Procuratori Generali.

Quibus Mini- ſtris eget Ge- neralis.

P. 9. c. 6 § 7. & 10. & 12.

D d

2. Ha-